Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 2b



| | | | |
|---|---|---|---|
| De myſtica theologia: | li. | j | Trinitas ſupſubſtantialis. |
| De ſymbolica theologia: | li. | j | Sanctus quidē Timo. |
| Ad Gaium. | epl'as | iiij | Tenebræ occultant luie. |
| Ad Dorothæū miniſtrū: | epi. | j | Diuina caligo eſt inacceſſi. |
| Ad Zoſipatrem ſacerdotē: | epi. | j | Non opineris hic uicto. |
| Ad Polycarpum: | epi. | j | Ego quidē nō ſciui aduer. |
| Ad Demophilum: | epi. | j | Hebræoꝝ hiſtoriæ dic. |
| Ad ſanctū Iohannē euangeliſtā: | epi. | j | Saluto te ſanctā aīam. |
| Ad Apollophaniū philoſophū: | epi. | j | Apollophanio cōcretio. |
| De obitu Pauli ad Timo. | epi. | j | Saluto te diuū diſcipulū. |

Hæc ſunt quæ de ſcripturis beati Dionyſij apud latinos inuenio: ſi quid amplius edidit apud græcos remanſit. Verum cūm prædicta opuſcula magna obſcuritate tegerentur: ſequentiū patrum explanatione facta ſūt lucida: E quibus prior illa tranſtulit & expoſuit Iohānes ſcotus noſtri ordinis monachus: deinde Hugo ſancti Victoris: Rupertus Linconienſis: Albertus magnus: & Dionyſius carthuſienſis: & alij multi: quorum iam nō eſt in promptu reminiſcentia. Paſſus autē eſt beatus Dionyſius in agro pariſiaco unacū ſocijs ſupradictis: ſub Domiciano imperatore: Anno domini. XCVI. ¶ Indictione. ix. Aetatis uero ſuæ: nonageſimo. Sepultus eſt Pariſius in eccleſia nomini ſuo conſecrata: clarens miraculis.

.: de Seneca.

LVcius anneus Seneca cordubenſis philoſophus: Fotini ſtoici diſcipulus: & patruus Lucani poetæ: uir uitæ cōtinentiſſimæ fuit: Quem teſtimonio beati Hieronymi celebratū in catalogo eccleſiaſticorum ſcriptoꝝ icc irco poſui: quoniam & Pauli apoſtoli amiciſſimus extitit: & ad inſtitutionē moralis uitæ multa eleganter compoſuit. Hunc biennio anteq̄ Petrus & Paulus coronarētur: Nero cæſar infauſtus necauit: cuius aliquando diſcipulus indigniſſimus fuit. De cuius opuſculis ſubiecta reperi:

| | | | |
|---|---|---|---|
| De morum inſtitutione: | librū | unū | Oīne peccatū actio eſt. |
| De quattuor uirtutibus | li. | j | Quattuor uirtutū ſpecies. |
| De remedijs fortunæ: | li. | j | Licet cunctoꝝ poetaꝝ. |
| Declamationū: | li. | x | Exigitis rem magis iocun. |
| De clementia ad Neronē: | li. | ij | Scribere de clementia. |
| De beneficijs ad Brutū | li. | vij | Inter multos ac uarios. |
| De ira ad Nouatum: | li. | iij | Exegiſti a me Nouate. |
| De prouidentia: | li. | j | Quæſiſti a me lucili quid. |
| De uita beata ad Gallionē: | li. | j | Viuere Gallio frater oēs. |
| De conſolatione ad Marciā: | li. | j | Niſi te Marcia ſcirem. |
| De conſolatione ad matrē: | li. | j | Sæpe iā mater optima ipe. |
| De tranquillitate uitæ: | li. | j | Inquirēti mihi ī me quædā. |
| Q; in ſapientē nō cadit iniuria: | li. | j | Tantū inter ſtoicos ſere. |
| De breuitate uitæ: | li. | j | Maior pars mortaliū. |
| De ſtudijs liberalibus: | li. | j | De liberalibus ſtudijs qd. |
| De quæſtionibus naturalibus: | li. | vij | Quātū inter philoſophiam intereſt. |
| Suaſoriarū ſententiaꝝ: | li. | j | Sin ut cuiuſcūq; rei mag. |
| Controuerſiarum: | li. | v | Duo fratres inter ſe diſſe. |
| De paupertate: | li. | j | Honeſta inquit epicurus. |
| Ad polybiū conſolationis: | li. | j | Nr̄a compares firma ſunt. |
| De ludis Senecæ: | li. | j | Quid actū ſit in cælo. |
| De uerborū copia: | li. | j | |
| De matrimonio: | li. | j | |
| Tragœdiarum: | li. | x | |
| De morte Claudij: | li. | j | |

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0020
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg